

## **Acta Eslingensia Separatistico Fanatica Anno MDCCIX.**

Tubingæ: Literis Joh. Conradi Reisi[i], [1716?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn875851460>

Druck Freier  Zugang



theologica.

77.

77



*Fa-1092(77.)*

Tom, LXXXIX.

1. Carolus Ludovicus Noumágnr de Trinitate Christi eo  
oconomia gratiae. Ulmae 1716.
2. Seb. Schmid de oblatione Fidelium & Lph. I, 13. 14. 1712. r.
3. — . de venditione Christi chad. xxvii, 9. —. 1688.
4. Jo. Jacob Lunsenhausen contra Anonymi Angli Christianitatis  
not mysticorum Christianismum rathónalem. 1713.
5. Michael Foerfchius Praef. Rimmebergis de pacto hominum  
cum Demone ad effodrendo thesauro abscondito 1716.
6. Gottlieb Wernsdorff Praef. Jo. Jacobo Ferbero de Theologia  
Experimentalis. 1711.
7. Jo. Jacob Ferber pro vir. de Excecatione et induratione spirituali  
ad Marc. IV. 11. 12. Argent. 1716.
8. Gottlieb Wernsdorff de Theologia Mystica. 1714.
9. Jo. Joachim Zentgraf de Panit. quotidiana. 1697.
10. Jo. Franc. Buddeg Praef. Sibero de Beatitudine oratorum. 1709.
11. — . de Haeresi Arabiorum.
12. Jo. Fridenci Mayeri Paulus Suecorum Apostolus I. Theses  
ex Epistola ad Galatas a Suecor Studijs defendenda. 1709.
13. Jacobus Saalkopff de Spinosismo post Synodum Gryb. 1708.
14. Martinus Geier ad Ezech. xii, 9. Recusa Witt. 1712.
15. Georgi Henr. Goetz ad Act. x, 44. 45. 46. Tubae. 1712.
16. — . observationes ad chad. xii, 40.
17. 18. 19. — . de Mercatoribus eruditibus.
20. — . Museum Eruditi vanis memorabilibus conspicuum.
21. Jo. Andreas Schmid de literis sanguine Jesu Chr. firmatis.
22. Petrus Zorn de methodo explicandi Phrasaeologiam dogmaticam &  
Analoga rituum.

23. Jo. Geor. Abicht R. Jesara commentarij in Josuam  
 24. Daniel Griebner de Characteribus Pseudo-Prophetarum Jer. xvii, 14.  
 25. Jo. Nicolaus Quistorp de Seductionibus ad Act. xxiv, 4. 5.  
 26. Thomas Ittrius ad Abucane opusculum de baptismo Fwellii  
 Ver. T. de aquam ex Chnsti lateres.  
 27. Jo. David Walthner sub Presidio Budder ad Heb. vii, 22 (21)  
 28. Gustav. Geor. Zeltner ad 1 Cor. xi, 10.  
 29. Fridencius Sigfrid King de Lapidatione Hebraeorum.  
 30. Godofredus Ludovici de Missionibus in Indiam.  
 31. — Zeltner de Suro Filii Hominis jam exhibitio.  
 32. Caroli Arnoldi Trindā Dissert. Philol. Antiquarianā.  
 33. Urbanus Godofredus Siberus de Sanctis columnaribus.  
 34. Chnstianus Gottlob Schwarz de veterum Codicum ornamentis.  
 35. Adami Rechenbergii Epistola ad Cusellium Pavianum.  
 36. Jo. Nicolai Hartschmid Theses Anti-Pretistice  
 37. — — — De Conventiculis prior Legistica  
 38. — — — — — posterior Theologica  
 39. Jo. Wolfgango Jegeri Acta Esslingensia.  
 40. — — — De purgatorio Bunyonis et el Poireti.  
 41. — — — animadversiones in tractatu chysl. d. d. de Gyon  
 42. Jo. Andreas Knobloch de Indifferentismo Carolino.  
 43. Jo. Hermannus ab Ur Wich de Palinodia fanaticorum  
 44. Anonymi repetitio doctrinae fundamenti fidei contra Thomasia  
 45. Gustavus Herwich de Böhmi Naturalismo & f. n. s.  
 46. Jacobus Schroeter de Haedinoen N. T. erroribus Pretistice.  
 47. Jo. Jacobus Terbenus de Fanaticis in rectam rationem junctis.  
 48. Fridencius Jacobus Firmhaber de Methodo Mathematica in  
 Theologia

39.

ACTA  
ESLINGENSIA  
SEPARATI-  
STICO  
FANATICA  
ANNO MDCCIX.

QVÆ  
Pro Materia Disputationis Publicæ  
ad ostendendam puritatem in Fide.

PRÆSIDE

EMINENTISSIMO DOMINO CANCELLARIO  
JOH. WOLFGANGO JÆGERO,  
SS. TH. D. EIUSDEMQUE IN ILLUSTRISSIMA  
EBERHARDINA PROFESSORE PRIMARIO LONGE CELE-  
BERRIMO, SERENISSIMI WURTEMBERGIÆ DUCIS CONSI-  
LIARIO, ECCL. TUBING. PRÆPOSITO, ABBATE ADELBER-  
GENSI & GENERALI - SUPERINTENDENTE

REVERENDISSIMO  
PATRONO MAGNO, PRÆCEPTORE AC HOSPITE SUO ÆVITER-  
NUM COLENDISSIMO,  
proposuit atque defendit, in AUDITORIO JURIDICO

d. Jan. Anno MDCCXVI.  
ALBERTUS DAVID MULLER, HOHENLOICUS EX FRANCIS.

TUBINGÆ,  
Literis JOH. CONRADI REISL.

39.  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48

29

LIBRARY  
UNIVERSITY OF  
SHEPPARD A. R. A. T. I.  
STICCO  
L. A. N. A. T. I. C. A.  
L. I. B. R. A. R. Y.

Small rectangular label on the left edge of the page.

LIBRARY  
UNIVERSITY OF  
SHEPPARD A. R. A. T. I.  
STICCO  
L. A. N. A. T. I. C. A.  
L. I. B. R. A. R. Y.



**A**NNO MDCCIX. Civitas Imperialis  
Eßlingensis in meditullio Wurtembergiæ  
sita, litteras supplices ad Serenissimum Du-  
cem Wurtembergiæ misit, petens, ut ad sopien-  
dum incendium, quod quidam fanatici & Separatistæ in Vrbe excitaverant: aliquos ex Ordine  
Theologorum Delegatos mitteret.

Missus proinde ex Academia Tubingensi Cancellarius & General-Superintendentens D. JÆGER.  
Ex Consistorio Dn. Weismannus, in Templo Stuttgardiano primario Antistes. Ex Ministerio Ulmensi  
D. Beckius. Hi rem difficillimam invocato prius Numine Divino aggressi, intra decem dies eam absol-  
verunt, cum multi totidem Septimanas requiri crederent. Acta cum Circumsta. sunt expressa, quæ pro lubitu legi possunt. Cæterum quanti momenti res sint pertractatæ, colligi potest ex Articulis, qui per modum Recessus, ut vocant, fuere Ministerio Eßlingensi ad subscribendum propositi, quod in posterum non aliter neque in Concionibus, neque in actis officialibus velint docere, quam juxta præscriptam in *Pura Ecclesia* normam & formam.

40

43

4

49

48

## Articuli Pseudo-Pietismo Oppositi

### I. de Verbo DEI, ejusque efficacia.

**Q**uia Verbum DEI & speciatim verbum Evangelii Spiritus & vita est, & à Paulo dicitur *Potentia* DEI ad salutem omni credenti; quapropter edicimus & mandamus, ut omnes, qui Sacraministerialia sive in urbe sive in pagis tractant, omnino studio atque cura sibi caveant, ne vel pro suggestu vel pro lectione Catechetica, vel alibi in sacris functionibus adhibeant Schwencfeldianam illam atque Enthusiasticam Phraselogiam, quod Verbum DEI sit *litera mortua*. Equidem lex omnino *litera occidens* est, mortua non item. Verbum Evangelii verò est *vivum* illud semen, ex quo regeneramur; adeoque tanta pollet vivacitate, ut Spiritualiter mortuos ad vitam revocare possit.

### II. De Abusu Donatistico in Phraselogiis.

Consequenter interdiciamus plane atque vetamus ut pro suggestu, vel etiam in aliis actibus ministerialibus de famosis illis vocabulis **buchstäblern und buchstäblereyen** quicquam ad plebem dicatur: quandoquidem hæ loquendi formulæ Enthusiasticis, novis Donatistis, aliisque sectariis gratæ sunt atque familiares, ut pote qui sub istis venenatum ac pestilens dogma de *verbo interno* propinare solent.

### III. De libris Symbolicis.

De libris Symbolicis Evangelicæ nostræ Ecclesiæ,  
omnes

omnes & reverenter judicare, & pie ac modeste loqui volumus & jubemus. Absit igitur, ut quisquam eos audeat appellare formulas inutiles; tametsi enim dogmata fidei in illis contenta, non apud omnes exoptatum sortiantur effectum, vitium tamen non est in libris Symbolicis, sed in abusu & malitia hominum, ut nemo sanus diffitebitur.

#### IV. De subscriptione Librorum Symbolicorum.

Subscriptionis Libris Symbolicis præstita semper absoluta, nunquam vero conditionata esto, ne ambigua fiat vel planè illusoria.

V.

Nullus Ministrorum audeat ejusmodi subscriptionem vocare Torturam conscientiae, cum non modo manifestum sit mendacium, quod ullus ministrorum ad talem subscriptionem à Christiano Magistratu cogatur; verum talis minister etiam, qui ejusmodi Coactionem præterdit, eo ipso ostendit, quod habeat noxiam tincturam spiritus Fanatici, & à sana doctrina Evangelii recedat.

#### VI. De Peccato.

De Peccato Originali constanter ita doceatur, quod istud quâ radicem suam etiam regenitis atque fidelibus adhuc per universam vitam adhæreat, ut adeo illi in perpetua lucta constituti, nunquam non ingeminare necessum habeant illud Pauli: *O miserum! quis liberabit me à corpore hujus mortis?*

A 3

VII.

40

43

44

49

48

VII. De perfectione.

Præterea nemo audeat docere, quod ullus renatorum in hac vita ad plenariam perfectionem atque consummatam sanctimoniam pervenire possit; quin potius illud pro certo habeatur, cuius ex præscripto Salvatoris quotidie incumbere, ut præcetur: Remitte nobis debita nostra.

VIII. De Deificatione.

Proinde etiam Mysticorum Deificatio, & imprimis Tauleri scandalosissima Phraseologia simpliciter interdicta esto, ut quando ille dicit, quod renatus fiat ipse DEUS, adeo ut si videre posset se ipsum, nihil aliud visurus esset, quam DEUM ipsum, Licet enim Spiritus DEI imaginem Divinam in regeneratione instauret, atque in ejus restitutione quotidie laboret; tamen propter inhabitans & *Ευμείσωτος* peccatum omnia hic imperfecta sunt atque *INCHOATA*. Esaias Propheta longe illuminatissimus postquam se ipsum accurate viderat, nihil in se reperit aliud, quam quod omnis *propria justitia sit instar panis mensuatae*; adeo ut regeneritus, nisi secum ferret alienam vestem salutis, & tunicam justitiæ Christi, coram oculis DEI sanctissimi consistere non posset. Volumus itaque ac mandamus, ut potius vera Deoque placens humilitas & submissio in animis auditorum plantetur, quam ut ejusmodi locutionibus occasio detur ad spirituales factum, qui coram DEO abominatio est.

IX. De Justificatione.

In Articulo de Justificatione in hæreatur strictissime

sime verbis Scripturæ sacræ, et Librorum Symbolicorum; adeoque abstinetur ab omnibus novatoriis ac suspectis loquendi formulis, quia in hoc articulo tanquam præcipuo fidei fundamento consistit salus nostra. Quicumque igitur immorigeros huic mandato sese ostenderint, illi suspensione ab officio, vel totali rejectione poenam luunt.

### X. De Renovatione.

In Articulo de Renovatione doceatur omnino *Christus in nobis*; sed ne post habeatur, **CHRISTUS pro nobis**. Illo modo, prout per fidem in nobis habitat; hoc vero, prout omnia peccata nostra in se suscepit, Sanctissimum sanguinem suum pro nobis effudit, ac vitam denique pro nobis in mortem dedit. Et quemadmodum doctrinam de Justificatione Renovationi nunquam non præmitti volumus, ita jubemus etiam, ut idem ille articulus in principio progressu & fine Christianismi nostri, & fidei omne punctum ferat, eique velut fundamento salutis nostræ prærogativa concedatur; prout & Paulus Summam Sapientiam in Jesu Christo crucifixo quæsi-  
visse legitur 1. Cor. 2. v. 2.

### XI. De Charitate.

De Charitate non dicatur, quod sit anima fidei, quin potius vera fides, in qua consistit Spiritualis vita, charitatis anima est Gal. 5. Prout impossibile est, ut charitas DEO placeat, nisi ex fide proficiscatur. Est itaque charitas veræ fidei fructus, ejusdemque testimonium. Jac. 2.

### XII.

## XII. De sacro Baptismate.

De sacro Baptismate mandamus hic atque edicimus, ut omnes nostri Ministri debito cum Zelo ac sufficientibus fundamentis Ecclesias suas animasque sibi concreditas, quemadmodum hactenus, ita porro erudiant atque informant, quam Sanctum & efficax sit hoc medium gratiæ, & quod per illud baptizati infantes Spiritualem regenerationem, transformationem è regno Satanæ in foedus gratiæ cum DEO per Christum stabilitum, & speciatim certam obtineant peccatorum remissionem. Quæ doctrina eo magis interest, ut inculcetur hodie, quia Fanatici, Sacramenta & præcipue Sacrum Baptismum, pro inefficaci minusque necessario salutis medio reputant.

## XIII. De insigni dignitate sacri Baptismatis.

Qua propter si quis in urbe Eslingensi, vel in pagis ad ejus districtum pertinentibus contendere auderet, quod sacrum Baptisma sit res merè indifferens, aut saltem ita comparata, ut si minus prosit, non obstitamen; illum non nisi Anabaptistæ loco censendum, & secundum Institutiones Imperii coercendum putamus.

## XIV. De sacra Coena.

De Sacra Coena pariter serio injungimus, ut ministri nostri identidem ejus præstantiam ac divinos usus in Ecclesia solerter & accurate proponant, atque edoceant; ubi illud imprimis operam dabunt, ut pestilentissimorum Fanaticorum Haugii & Grossi maledicta verba, e quorundam auditorum veneno,  
sto,

istis, jam pro dolor infectorum cordibus eradicentur, ut quando blasphemio ore non dubitant eructare has nefandas calumnias, quod sacrum baptisma abominatio sit, & sacra Synaxis fœdum aliquod excrementum.

### XV. De Conventiculis.

Ministri nostri omni studio & vigilantia cavento, ne, proutante hac sæpe evenit, in Conventiculis privati Evcharistia celebretur; quod si vero posthac nonnulli contra hoc interdictum peccaverint, illi veluti turbatores Ecclesiæ, & Quackeri à Magistratu dignis, iisque gravissimis poenis coerceantur.

### XVI. De Donatismo.

Pariter volumus etiam, sancimus atque mandamus, ut contra pestilentissimum Donatismum à ministerio nostro summus Zelus, & severum redarguendi studium ostendatur; quando nimirum temere, ac falsissime tradunt, quod vis verbi divini, & Sacramentorum dependeat unice à qualitate Ministri. Quod si enim hæc hypothesis haberet aliquod fundamentum, nemo sane auditorum jam certus esse posset, utrum verum DEI verbum, & vera sacramenta percepisset, nec ne? Quandoquidem quotidiana, prohi dolor! edocemur experientia, quod sæpius illi, qui se pro Sanctissimis venditant & pietatem jactant, maximi sint hypocritæ, variisque internis animæ nævis infecti.

### XVII. De mutatione ceremoniarum Ecclesiasticarum.

Ministri Ecclesiæ, neque in Ceremoniis, neque in aliis partibus Ecclesiæ quicquam sine consensu Magistratus

B

stratus

stratus immutare præsumant: Huic enim Jus Episcopale, & Regimen externum Ecclesiæ competit, non saltem ex pace Ecclesiastica, verum etiam ex jure divino: Strictissime igitur Constitutionibus Ecclesiasticis inhærendum.

### XVIII. De Cathedra Confesoria.

De Cathedra confesoria tanquam laudabili, summeque necessaria constitutione Ecclesiastica modeste ac reverenter sentiri volumus; ac proinde rejicimus plane, omnibusque orthodoxis ministris velut execrabilem doctrinam proponimus maledictum istud *Haugii* commentum, qui cathedram confessoriam aliud nihil esse, quam aquarium dixit, ex quo confitentes ad Sacram abeant Synaxin non secus ac fues ad *Balneum Porcinum*: licet enim tristis hic non possit negari abusus, ipsa tamen res & usus tantis de-honestari convitiis non debet.

### XIX. De Poenitentia.

De Poenitentia profus non adhibeatur neque publice, neque privatim formula ista, quod ea non possit placere DEO, nisi homo antea desperet; quandoquidem istiusmodi locutiones rejectam pridem Stengeri doctrinam renovare videntur, ac præterea anxii, & de mole peccatorum contristatis animis, quos DEUS in verbo suo toties consolari jubet, præcludunt quasi aditum ad vim & efficaciam sanguinis, & meriti Dominici percipiendam. Utrique DEUS tristitiam in poenitentia requirit, desperationem non item.

### XX. De Termino peremptorio.

De-

De termino peremptorio gratiæ, neque in Concionibus, neque Catechisatonibus, neque alibi quicquam doceatur; Quamvis enim litem illam nunc non faciamus nostram, attamen quia per istam infideles & obdurati animi non emendantur, è contrario miseræ ac afflictæ conscientiæ facile in desperationem incidere possunt, stat superior Sententia.

### XXI. De Regno Millenario.

Quod attinet Regnum millenarium, etiam hic est nostrum mandatum, ut illius nulla pro suggestu mentio fieri debeat, nisi per refutationem; Licet enim sententia B. Speneri de spe meliorum temporum adhuc sit utcunq; tolerabilis, tamen chiliasmus proprie sic dictus, summe periculosus atque erroneus est, ut & in Magistratum seditiosus atque injurius.

### XXII. De Subscriptione.

Denique quia hæc puncta omnibus Ministris, tum in urbe Esslingensi, tum ruri degentibus veniunt subscribenda, ut uniformitas in rebus fidei, & in illa unitas conservetur; quapropter omnes atque singulos sub fide eorum Theologica exhortamur, ne simulata, & cum reservatione actuum mentalium subscribant; verum si quis est, qui existimet, se huic vel illi articulo à nobis pro statu præsentis Ecclesiæ constituto, subscribere non posse, illi plenam damus licentiam dissentium suum notificandi; ubi tamen Magistratus vicissim sibi reservat Justalem Contradicentem vel relinquendi in officio, vel dimittendi; cuiuslibet ergo magistratus liberam relinquit conscientiam; sibi vero reservat libertatem jure divino sibi competentem, omnia ita disponendi, prout id

40

43

44

49

48

ad DEIGloriam, Ecclesiæ commodum; & tranquillitatem Reipublicæ pertinent.

LITERAE EVCHARISTICÆ  
ad  
Serenissimum Wurtembergiæ Ducem.

nomine  
Vrbis Imperialis Esslingensis  
humillime exarata  
*Die XXV Jul. Anno M. D. C. C. XV.*

Serenissime Dux  
Princeps ac Domine Clementissime.

**P**ostquam Serenitatis vestræ Celeberrimus Cancellarius & Præpositus Tubingensis, itemque Abbas & Superintendens Generalis Dominus D. JAEGER, nec non Dn. WEISMANN pariter Abbas & Consistorii Assessor, Ecclesiæque Collegiæ, quæ Stuttgartiæ est, Antistes meritissimus, ortas in Ministerio & Ecclesia nostra turbas, & inquietissimas diffusiones, pro ea qua pollent excellenti prudentia, summaque eruditione tractarunt, easque in Charitate sine ullo studio partium, incomparabili moderatione, quam non possumus deprecare satis, per DEI gratiam feliciter composuerunt; omnino nostri officii esse existimamus, ut ante omnia sumo in Coelis DEO pro Divina benedictione & gratia, in hoc maximi momenti opere nobis concessa, gratias persolvamus maximas, & ei porro Ecclesiæ nostræ Salutem devote commendemus. Deinde Supplici quoque pietate ante Serenitatis vestræ Conspectum deponimus obsequii nostri, ac debiti muneris tributum gratias ei agentes humillimas, quod in exsequendo tam arduo negotio, duos præstantissimos, ac profundissimos nobis gratiosè

indulserit *Theologos*, qui plane ex voto nostro lites illas momentosissimas accuratè tractarunt, & intra breve tempus diremerunt felicissimè. DEUM redhostimenti loco ardentè invocamus, ut *Serenitatem Vestram* in omni *flore, & vigore Splendidissimo*, diu diuque conservet, & præcipue sanctam ejus Ecclesiam in perpetua tranquillitate, ac puritate Evangelica constanter tueri dignetur. Qua ratione autem negotium fuerit apud nostractatum, id ipsum est, quod *Serenitas vestra* partim ex ipsis Laudatissimis hæc *Theologis*, partim ex actis publice à nobis Typo impressis, & in lucem datis, sufficienter edocebitur. Interea humiliter ac submisse *Serenitati Vestra* nos commendamus, & cum perenni submissione perseveramus

## Serenitatis Vestræ

humillimi & subiectissimi  
*Cientes*

Consules & Senatus Urbis  
Imperialis Eßlingensis.

Notandum est, quod Magistratus Urbis in tota causa laudatissime accuratissimeq; suas causas egerit, ut impossibile fuisset in tam exiguo temporis spatio rem ad umbilicum perducere, nisi illi cum summo iudicii acumine, candore, & fide, rem intricatissimam nobiscum tractassent.

Et hæc laus merito tribuitur Trigæ illi Consulum nobilissimæ, videlicet Illustri Domino à **Burgenmeister**/ de cujus dexteritate agendi, & singulari prudentia nemo dubitare potest, nisi qui Viri virtutes eximias ignorat. Sic nec Excell: Dn. Spindleri Candor silentio præteriri debet. Nec Zelus nobilissimi Domini a Godelman pro Gloria DEI, & conservanda

vanda puritate Evangelica intentus relinquendus est, qui tamen modum, & moderationem nunquam excessit.

Cæterum studiose adjicitur Attestatum dicti Magistratus Eßlingensis, ut eo fide illa publice deleantur calumniæ illæ, quod Ferro & igne grassatissimus contra Separatistas illos Fanaticos. Quanquam enim favorem nullum mereantur, osiores & contentores Ecclesiæ, cõmunis matris omnium fidelium, nihil tamen actum, quod contra Charitatem militasset. Quanquam illi nequissime Regiam illam virtutem læserint, qui tam atrociam nobis imputarunt; saltem ideo, ut invisos facerent.

*Extracta ex Literis Celeberrimæ Universitatis  
WITTEBERGENSIS.*

Non parum ad nos solatii redundat ex eo, quod, cum in ditionibus Wütembergicis Theologorum facile sis PRINCEPS, nunc quoque boni vigilantisque Præsulis officium facis, omniaque adversus mala, quæ irruunt, remedia circumspicis, nec verbis modo, sed scriptis etiam, ut ut lectulo affixus, quantum in Te est, occurrere hostibus laboras. Inspeximus enim, legimusque libellum, quem de Separatistis & Anabaptistis ad nos misisti, probamusque OMNIA & laudamus.

*Extracta ex Litteris Celeberrimæ Academia  
ROSTOCHIENSIS.*

Quanto nos gaudio perfuderis, Vir celeberrime, quod declarata à Te in Imperiali urbe Eßlingensi orthodoxiæ, tam sanctè tamque pertinaciter inhæseris, eoque omnes rimas irruenti Fanaticismo obstruxeris, effari vix possumus. In quæ monstra brevi tempore Pietistarum dogmata, vel admilla, vel defen-

defensa, vel mitigata & excusata degenerent, horribili equidem exemplo Efslingenses comprobarunt;

Tu verò, VIR EMINENTISSIME, in eo persiste, quod ab eo, qui ipsa veritas est, didicisti, & Collegas Tuos, in eadem sententiæ SANCTIMONIA conforta. Nos interea indefesso sanctarum precum studio, quantum in nobis est, efficiemus, ut Serenissimo Duci Vestro eandem pro conservanda doctrinæ puritate indere velit, ut hæc Zizania ex Provinciis suis, si desistere a proposito nolint, expellat.

*Extr: ex Litteris cujusdam Celeberrimi & impartialis  
Theologi N. N.*

Mihi quidem incendium hoc in scintilla consideranti, semper animus prælagit, hos homines nimium de sua justitia ac pietate præidentes, ad Schwencckfeldii & Weigeli *verbum internum* citato gressu festinare qui ipsissimus Enthusiasmus est; —

Si verum est, Deo placuisse, per Stultitiam prædicationis salvos facere credentes, qui Christi Ministros & instituta anathemate feriunt, non loquuntur in Spiritu Dei; sed quia aliud Evangelium prædicant, quam à Christo & Apostolis promulgatum sit, Anathematis reos se constituunt &c. —

Rationibus etiam idoneis tanquam clava monstrum hoc Herculeo animo aggredieris & feris. Laudem meretur illa, qua hætenus pugnas, *moderatio.*

Tu verò, Vir Ampliss. D. Cancell. perge Ecclesiam laborantem labantemque passim eruditissimis Tuis lucubrationibus juvare, & multis laureis redimitus coronam gloriæ, ad finem perseverantibus paratam serò accipe.

*Extracta ex Litteris Celeberrime ALTDORFINÆ.  
Excellentiæ Tuæ super meliore valetudine recupe-*

ratâ gratulari, seræque senectutis vividam, æternæque ad eò gloriæ immarcescibilem coronam devotius adprecari. *Cum primis autem, associatis Tibi expansisque sursum manibus nostris, inflammatus ingemiscimus: Exurgat DEUS, & misereatur Sionis; quandoquidem tempus est faciendi huic gratiam, ut gaudeant Servi Tui lapidibus ejusdem, & pulverem ejus apparari videant!* Quo defuncti voto ulteriorem SANCTIS Tuis laboribus, quibus Ecclesiam adhuc ex militante quasi triumphante effecisti, successum & auxilium ex alto perennaturum apprecamur.

*Extracta Celeberrima Academia Regiæ HALENSIS.*

Qualibet occasione admonentur Nostri, ut sibi a Principiis SEPARATIVIS caveant, quibus nihil magis sit ECCLESIAE PESTIFERUM.


Interim experientia aliqua edocti sumus, VIA Christianæ *μακροθυμίας* ac patientiæ, quæ tamen remedia à DEO in Scripturis præscripta haud excludit, plus effici quandoque, quam remedijs violentis. Si qui verò inter errantes, & à communi-  
one Ecclesiæ alieniores, ipsos ad civiles excessus graviores, & delicta prolabantur, eos, ut aliis sceleribus alligatos, uti sunt blasphemiam contra verbum DEI, contra Sacramenta; contemptus Magistratus, & Ministerii atque inobediencia; Seductio, turbatio quietis publicæ, & Pacis Ecclesiasticæ, animadversioni Magistratus putamus relinquendos, ut cognita & aperta malitia debito modo coerceantur.

Et hanc viam *μακροθυμίας* Eslingæ a Præsidente commisionis adhibitam fuisse, & a Nobis hodie suaderi, loquitur & clamat Experientia.


Mira Confessio, quam de se formavit Illustis Dn. D. Thomasius, differens de Scrip'tis suis in favorem Pietastrorum editis; als ich noch ein Narr / das ist: ein Pietist war.












Iria

F  
10



the scale towards document

et mediis, depellere ualeamus, sicut id in Spinoza  
 e praestitere Blyenbergius et Poiretus,  
 sicut uero alias ea rebus utilibus et innocuis fata  
 nt, ut, dum nimis euehantur, plus noceant,  
 nt; ita idem Mathematicis demonstrationibus  
 do istis, tanquam argumentis primariis, dogma-  
 uersum, ne sanctissimis quidem fidei myste-  
 onfirmare conamur. Nam cum Mathematicae  
 es unice nitantur euidencia rationis et sensuum,  
 turpissima confusio principiorum introduce-  
 mentis rationis probentur, quae fundamentis  
 istere debebant, Quin (2.) Mathesis et ratio  
 ni, sed reuelatio rationi subiiceretur, et haec  
 uero ut domina respiceretur. Inde (3.) fides  
 superstructa esse debebat, clarissimis scriptu-  
 us, non illis, sed Mathematicis demonstra-  
 retur; adeoque (4.) res grauissimae, quae sub  
 s nobis commissae sunt, inaedificarentur fun-  
 roso, infirmo, et a quouis tentationum uen-  
 endo. Imo (5.) ipsa fidei mysteria, non ad di-  
 sum, sed ad rationis nostrae mathematizantis  
 iperentur. Quibuscunque enim mens nostra  
 euit, ad ea plerumque conceptus suos formare  
 e rebus spiritualibus, non spirituales, sed mathe-  
 ptus foueremus. Ex quo uero (6.) id sequi-  
 m omnium sapientissime, addo et solidissime  
 rebus loqui uelimus, eas tam misere detor-  
 inter se confundamus, ut praeterquam quod  
 udibrio turpiter nos exponamus, manibus pe-  
 aiunt, in Scepticismum Indifferentismum,  
 ismum et Atheismum prolabamur. Quod qui-  
 acilius euenire solet, quo plus intellectus no-  
 tus a spiritualibus abhorret, et quo periculo-  
 s inuenta anteferre reuelationi diuinae,